Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Eadem die fuit examinata. Dilecta mulier Margaretha relicta quondam
Michaelis Cesaris de Nerynburg claustrali Patauien diocesis etatis sue
annorum sexaginta duo ad velocem que deposuit ut sequitur
Et primo super Primo secundo et alijs articulis vsqz ad vndecimum inclusive
testis examinata dicit articulos fore vezos quia semp ita a senioribus suis
audiuit
Super duodecimo articulo incipien Item qd propter bona opera sua &c teste
examinata dicit articulum fore verum quia ad huc hodie ita cognominatur
Super Tercidecimo et Quartodecimo articulis incipien Item qd a sede
applicat &c et Item qd propter virtute et bona opera sua &c testis examinata
dicit ut ad proximum
Super Quintodecimo Decimosexto decimoseptimo et decimo octauo
articulis testis examinata dicit vt ad proximum
Super decimonono articulo incipien Item qd post mortem suam claruit &c
testis examinata dicit articulum fore verum quia vidit et audiuit plura
et diuersa miracula circa Tumbam beati Leopoldi facta esse interro
gata iuxta interrogatoria prenotata Testis respondendo dicit. qd
Tra an annos Triginta ter vel Triginta quatuor dolorem oculorum
passa fuerit per tres annos continue et tercio anno nitezio omnino ex
tincta fuerit adeo qd per vnu annu visu totaliter carui Tandem in
nouauit beatum Leopoldum et voui se velle cu pupillis meis ad mod
oculoru formatis ad Tumbam beati Leopoldi adduci facere et postqm
votum huiusmodi complebat infra paucos dies prestine sanitati
restituta fuerit et integrum visum recuperauit. deinde post multos
annos et ecce iam elapsos esse Duodecim annos Iterum maximus
dolor oculorum eam inuasit ita qd per vnu mensem satis vas loco la
crimarum ex oculis eius effluxerit Iterum inuocauit beatu Leopoldu
et voui ut prius Et cum circa Tumbam beati Leopoldi constituta esset
et eadem tribus vicibus nudis genibus devote orando circuisset statim
et in totum sanata fuit et visum que tunc iterum amiserat recupe
rauit et nunquam amplius vsqz in hodiernum diem aliquo dolorem
sensit credens fremitet ex meritis beati Leopoldi miraculose id acci
disse
Super vicesimo vicesimoprimo vicesimosecundo vicesimo tercio et vi
cesimo quarto articulis testis examinata est generalis cum alijs propris
prescriptis testibus super eisdem
Et fuit ei Iuramentum pro ut est moris &c

Eadem die fuit examinata Dilecta mulier Anna vxor Johannis
Oprendlinger de Nerynburg claustrali Patauien diocesis etatis sue annorum
Quadraginta vel circa que deposuit ut sequit
Et primo super Primo secundo et alijs articulis vsqz ad vndecimum
inclusive testis examinata dicit articulos fore vezos quia semper ita
a senioribus suis audiuit